



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Leorini Silesii Etesiae, siue Apinae
Therinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1419

LXVI. Ad Erasmum Neusteterum cog. Sturmerum, Eq. Fr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12434

LXIV.

Ad D. Othonem Henricum

Com. Pal. Rheni, & Ducem
Bavariæ.

*Si quæ boni sint ornamenta Principis,
OTHO, me roges, HENRICE: paucis dixero.
Princeps suis ornatus est virtutibus:
Capitis corona si sit huic, metus DEI.
Si pectoris monile sit, prudentia,
Et liberalium scientia artium.
Si corporis munimentum firmissimum
Iustitia sit, fauor que hominum. non principem
Fermuetur sic vis, aut exercitus:
Quam subditorum beneuolentia, & fides.*

LXV.

Ad D. Lazarum Schuen-

dium Baronem, & EQ. AVR.
Conf. Cæs.

*Si bene cui facias, auges tibi, LAZARE, vitam:
Mantissa hæc vitæ sunt benefacta breuis.
Si bene cui factum est: in mente, recentat, & ore
Semper ut hic viuat posteritatis homo.*

LXVI.

Ad Erasmus Neusteterum

cog. Sturmerum, EQ. FR.

Cur

*Cur triplices vultus, arcanaque sacra Diana,
Inscia gens coluit, quæris, ERASME, Dicitur
Luna regit menses: silvas regit ipsa Diana:
At gravidas matres Ilithiya regit.
Pro Dys, naturas rerum coluisse putanda est:
Qui regit has, rex est vnicus ipse Deus.*

LXVII.

In Zoilum.

*Absentem laceras, presentem ZOILE laudes
Nec malè sic dicis, nec facis ipse mihi.*

LXIX.

In ædes Sigismundi Feierabendij,
Bibliopolæ Francofurtensis.

*Miraris forsan magnas, quas conspicis, ædes
Hospes: mirari desine, quisquis ades.
Namque SIGISMUNDVS sibi non habet*

(struit enim)
*Omnibus has cupit hic nempe patere suis
Omnibus vt pateant, magnas has esse necesse est
Nec dominum capiunt hæ tamen vsque sumunt*

LXIX.

E Græco.

*Pythagoram sculptor poterat formare loquentem
At nunc Pythagoram spontè silere iuuat.*